parui reditus uillam. Inqua domu. & exqua
famulos sibi necessaria ministrantes atq obsequi
exhibentes paucae numerositatis habebat.
Quocumq eundum erat. carpento ibat. Quod
bubus iunctis. & bubulco rustico more agente
trahebatur. Sic ad palatiu. sic ad publicu popu
li siu conuentu. qui annuatim ob regni utilitate
celebrabat ire. sic domu redire solebat. Ad regni
amministratione. & omnia quae uel domi uel
foris agenda ad disponenda erant. praefectus
aulae procurabat. Quo officio tum cum hil
dricus deponebatur. pippinus pater karoli regis
iam uelut hereditario fungebatur. Nam pater
eius karolus qui tyrannos per totam franciam
dominatum sibi uindicantes obpressit. & sarra
cenos galliam occupare temptantes duobus
magnis proeliis. uno in aquitania apud picta
uium ciuitatem. Altero iuxta narbonam apud
birram fluuium ita deuicit. ut in hispaniam
eos redire conpelleret. Eundem magistratum
a patre pippino sibi dimissum egregie ammi
nistrauit. Qui honor non alius a populo dari
consueuerat. quam his qui & claritate generis.

31v

Österreichische Nationalbibliothek Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod510_foll31-133/0002